

405

CORAM R. P. D. PENIA:

SALMATINA EXEMPTIONIS SVB

DIE V. IVNII 1591.



IN Civitate Salamatina est celebris & antiqua Vniverſitas, multis Romanorum Pontificum donata privilegijs, & innumeris Regum Hispaniæ munita præſidijs, quia in ea ſpeciali quadam prærogativa litterarum omnium videtur conſidere domicilium, litterarum muſæum, & quaſi commune liberalium artium & ſcientiarum emporium, ac linguarum Hebraicæ, Græcæ, Arabicæ, & Chaldææ, florere peritia Clemen. I. §. vt igitur de Magiſtr. vt non immeritò Leo Papa X. reſcripto quodam ſtudio Salamatino privilegia tribuente, enuntiaverit, prædictam Vniverſitatem inter alias totius orbis Vniverſitates, peritiſſimis culuſque profeſſionis, linguarum, & iuris Doctõribus, quos in notabili numero in dies producit, eximio ſplẽdore niſcere, & per eam, fidem orthodoxam non ſolum conſervari, verum illius vndique diſſaſa doctrina amplius extolli, & amplificari: cui propterea decuit excellentem aliquem virum quaſi gymnasiarcham præficere: quem tũ reſcripta Pontificia, tũ eiufdem Vniverſitatis conſtitutiones, imprimis verò 22. 23. & 33. Scholaſticum appellarunt. Is, vt ad eam dignitatem, & præſecturam aſſumatur, vt 33. conſtitutione cavetur, aut in Iure Canonico, vel Civili Doctõr, vel in ſacra Theologia Magiſter idoneus, bonæ vitæ, & conſervationis honeſtæ, & ſufficientis litteraturæ, ac talis denique probitatis eſſe debet, vt nulla apud eum exceptio perſonarum habeatur. Magnam habet Scholaſticus iuriſdictionem, nam ſicut 22. conſtitutione diſſinitur, ad prædictum Scholaſticũ pertinet audire, examinare, decidere, & determinare omnes, & ſingulas cauſas civiles, & criminales Doctõrum, & Magiſtrorum, Licẽtiatorum, & Baccalaureorum, & ſtudentium in quacunq̃ facultate, officialiumque omnium Vniverſitatis, & familiarium, & continuorum commenſalium, vt declaratur l. 18. tit. 7. lib. 1. novæ Recopilationis legum Hispaniæ. Vndè factum eſt, vt tamquam conſervator privilegiorum, immunitatum, & exemptionum, omnium perſonarum, & executor conſtitutionum, ordinationum, & ſtatutorum Vniverſitatis, eiufdem iudex ordinarius conſtitutus, cui ipſa Vniverſitas immediatè poſt Sedem Apoſtolicam ſubiicitur, in eadem civitate Salamantina publicum tribunal, cum iudicibus à ſe ſubſtitutis, Locum tenentem, executorem, Apperitores, & Nuntios, Notarios, & alios neceſſarios miniſtros, & carceres teneat, vt teſtes iuxta 8. vigore remiſſoriæ examinati conformiter teſtificantur.

Eam porrò iuriſdictionem Scholaſticus privativè quoad Episcopum Salamantinũ & quemlibet alium iudicem exercet, nam conſtitutione 23. cautum extat, ne quis de gremio Vniverſitatis, ratione ſubmiſſionis, delicti vel rei, ad cuiuſvis inſtantiam coram quocumque iudice Eccleſiaſtico, vel ſeculari, ſed ſolum coram Scholaſtico Salamantino, vel eius Vicario civiliter vel criminaliter conveniri poſſit, aut quo quomodo trahi permiſſa tamen iuriſdictione Episcopi Salamantini, vt 22. conſtitutione docetur, quantum ad ſibi ſubditos clericos ſuæ civitatis, & Dioceſis: nam quantum ad iſtos, locus eſt præventioni iudicij, cum poſſunt, vel coram Episcopo, vel coram Scholaſtico conveniri.

Iam etſi verò qui in tam inſigni Vniverſitate contra tam innumeras & egregias perſonas ad eam vndique ſtudioſorum gratia conſtuentes, tam late patentem exercet poteſtatem, ab Episcopali iuriſdictione meritò foret cenſendus immunis, nihilominus ante paucos annos Reverendiſſimus Dominus Episcopus Salamantinus, licet fateretur præſatum Scholaſticum ratione officij, & conſervatoriæ eſſe exemptum, & penitus liberum, ſibi tamen ſubiectum fore putavit ratione Scholaſtriæ, quæ eſt illuſtris dignitas in Cathedrali Eccleſia Salamantina, cum iure conſtitutum extet, exemptum ratione certæ rei, vel loci, non cenſeri exemptum reſpectu alterius rei vel loci, vt in termi-

nis de quibusdam Canonicis Capellæ Ducis Burgundiæ exemptis ratione Canonica-
tuum, subiectis tamen ratione Ecclesiarum parrochialium, quas ab Episcopò Lingonien.
obtinebant, decrevit Innocentius III. in cap. cum Capella. de privileg. quò potissimum
fundamento cum ad favorem Reverendissimi Domini Episcopi Salamantini.
superioribus annis R. P. Dominus Seraphinus Olivarius Sacræ Rotæ nunc Decanus
pronuntiaffet, sed Domino Scholastico Remissoria concessa fuisset, ea reproducta ad
instantiam Doctoris Francisci Gasca Salazar moderni Scholastici viri omni virtute &
litterarum scientia præstantis, ego in hac secunda instantia præsuppositis testibus vi-
gore Remissoriæ pro parte Scholastici legitime examinatis, & privilegijs, & constitu-
tionibus Vniversitatis, dubitavi. An textus in dicto cap. cum Capella. de privileg. ob-
staret in hoc casu, ita ut Scholasticus non possit dici exemptus à iurisdictione Reve-
rendissimi Domini Episcopi Salamantini.

Et quia pars Domini Episcopi sæpius citata non comparuerat antea ad informandū,
instante procuratore D. Scholastici, causa diu dilata tandem proposita sub isto die V.
Iunii præsentis anni 1591. Domini Auditores concorditer tenuerunt *prædictum cap.
cum Capella.* non obstare, quominus Scholasticus Vniversitatis Salamantini dicatur ple-
ne exemptus à iurisdictione Episcopi Salamantini.

Fuit enim primo consideratum, Apostolica rescripta Eugenij III. Innocentij Octavi,
successive per Iulium II. Leonem X. & Clementem VII. confirmata, tribuentia Schol-
astico Salamantino, ut nullus de Vniversitate possit coram quocquam alio iudice, quã
coram eo conveniri, non enuntiari concessa tamquam conservatori, vel contemplatio-
ne alicuius alterius particularis qualitatis, sed Scholastico sub nomine & qualitate
Scholastici, ita ut fateri oporteat ipsum non uti conservatorē, vel in solis negotijs Vni-
versitatem respicientibus, sed simpliciter & absolute, etiam uti dicta dignitate Schola-
stricæ prædictum exemptum esse: nam cum privilegium concessum alicui, est propor-
tionabile sub omnibus qualitatibus in eo concurrentibus, & est concessum sub nomine
appellativo, tunc potius censetur absolute, quam contemplatione alicuius certæ quali-
tatis concessum. Abbas in cap. quoniam Abbas num. 8. vers. *si autem ex verbis*, & nu. 1. 3.
vers. *quid si duo* de offic. deleg. quem ibidem sequuntur Decius num. 41. vers. *tertio*. *Ab-
bas concludit*, & Berous nu. 88. vers. *ex verbis Abbatis*; illa enim expressio dignitatis, &
qualitatis Scholastici, operatur, ut dispositio censetur facta de illo velut de tali, quaris
enuntiatur, Abbas consil. 115. num. 1. vers. *præterea ubicunque* lib. 2. sicut de eo qui se pro-
curatorem nominavit, ut censetur etiam si id non exprimat, intuitu eius qualitatis a-
ctum gessisse, traditur in l. quacumque ff. de procurat. Bart. in l. fin. ff. de instit. Silvanus
consil. 8. incip. *quoniam solet*, n. 3. & seq. idem iudicium fit de eo qui heres, qui tutor, qui
nepos nominatur, aut de quo sub certa qualitate fit mentio Romanus consil. 88. in prin-
cipio, Alben. consil. 42. nu. 3. Alcizatus consil. 3. nu. 14. lib. 2. Purpuratus, consil. 14. nu.
11. Ægidius decis. 5. & decis. 423.

Præterea eadem rescripta Apostolica personis Vniversitatis privilegia exemptionū
tribuentia, post expressos Rectorem, Scholasticum, Doctores, & Magistros, continent
illa verba, *aliasque Vniversitatis personas*, unde patenter inferitur Rectorem, Doctores, &
Scholasticum qui est conservator & iudex ordinarius studij Salamantini, esse perso-
nas eius Vniversitatis.

Nec prædictis obstat textus in dicto cap. cum Capella. de privileg. in quo potissimum
est fundata decisio R. P. D. Seraphini sub die 13. Decemb. 1582. quia termini illius tex-
tus à casu proposito sunt diversi: nam ibi exemptio tributa Canonicis Capellæ Ducis
Burgundiæ, erat restricta ad illam qualitatem quod essent Canonici eius Capellæ, &
idè non eximebat illos respectu alterius qualitatis, quatenus scilicet ab Episcopo Lin-
gonien. Ecclesias parrochiales obtinebant, vel alias eius iurisdictionem respiciebant,
ut apertissime indicat textus ibidem in §. quo circa, ubi scriptum est ita. *Quo circa man-
damus, quatenus in quantum exempti sunt eiusdem ratione Capellæ, Apostolicis privilegijs deferas
reverenter, sed in quantum ratione parrochialium Ecclesiarum, vel alias iurisdictionem tuam res-
picere dignoscuntur, officij tui debitum in eosdem libere prosequaris, hætenus ibi.*

At in casu proposito exemptio seu concessio exemptionis, nõ est restricta ad Scho-
lasticum Vniversitatis, nec restringi rationabiliter potuisset, cum vniversitas nullam
talem habeat Scholasticæ dignitatem, & cum illa dignitas in Ecclesia Salamantina con-
sista

ſtat, potius debuiffet ad eam dignitatem in præfata Eccleſia conſiſtentem reſtringi, ſicut apparet reſtriãta in privilegio Eugenij III. relato per Clementem VII. ibi: *ac Scholaſtico Eccleſia Salamantina.*

Sed illa quoque caſuum differentia difficultatem tollere videbatur, quia in dicto cap. cum Capella. illi Canõnici ratione parrochialium, nõ poterant dici à iuriſdictione Episcopali exempti, eo etiam nomine quod parrochiales ab eodem Episcopo obtinebant, vt indicat illa textus verba, *qui parrochiales Eccleſias à te tenent, &c.* Hic autem Scholaſticus non habet Scholaſtiam ab Episcopo Salamantino, sed eius tanquam dignitatis electivæ diſpoſitio, vt 33. conſtitutione ſancitur, Sedi Apoſtolicæ ſub hac forma reſervatur, vt occurrente illius vacatione, viro idoneo per diffinitores negotiorum ipſius Univerſitatis, aut maiorem partem eorum eligendo conferatur, & ſic electus per Archiepiscopum Toletanum pro tempore exiſtente auctoritate Apoſtolica, aut per Sedis Apoſtolicæ Legatum vel Nuntium ab ipſa Sede poteſtatem Legati de latere habentem, infra tempus à iure ſtatutum confirmetur: illo addito, quod propterea dicto Archiepiscopo nulla poteſtas, vel iuriſdictione, aut ſuperioritas ſupra Scholaſticum conſeſſa vel tributa eſſe cenſeatur, multò ergo minus talem iuriſdictionem Reverendiſſimus Episcopus Salamantinus prætereſſe poterit.

Satis minus vrgens viſum fuit aliud eiufdem deciſionis fundamentum, quod Scholaſtico Salamantino, Salmanticæ commoranti, non videatur applicari ratio conſiderata in privilegio Innocentij VIII. relato per Clemen. VII. quod Reſtor & Scholares litterarum ſtudia ſæpiùs pro rebus ſuis in partibus remotis defendendis intermittere cogebantur: tum quia idem Innocentius in expreſſione eius rationis facit mentionem de Scholaſtico, vnde verbis exiſtentibus clariſſe ceſſant ſubtiles interpretationes; Aymo conſil. 4. nu. 21. tum quia Innocentius loquitur de reſcriptis delegatorum, quorum vigore omnes æqualiter ad diverſas partes, & tribunalia traherentur, quæ ratio Scholaſticum etiam comprehendit, tum poſtremo quoniam illa non fuit finalis privilegiorum cauſa, ſed aliæ in alijs Pontificum reſcriptis (illa excepta) narratæ.

Poſtremo obſervantia ſubſeſcuta, quæ omnium dubiorum diſpoſitionum ſolet eſſe fidelis interpres, ſi de interpretatione ff. de legib. cap. cum dilectus §. dictus verò de cõſuetud. cap. certificari de ſepult. Dominos etiam movit, vt pro Scholaſtico ſentirent: nam licet in caſu propoſito verſaremur in dubio, teſtes vigore Remiſſoriæ examinati illud tollunt, cum iuxta octavum & nonum interrogatorium, & ſuper quarto articulo conformiter deponant, ſemper Scholaſticum fuiſſe in hac poſſeſſione exemptionis, & Episcopos Salamantinos nunquam contra Scholaſticos proceſſiſſe, imò occurrentibus caſibus, in quibus erat contra capitulares procedendum, ſemper ab Episcopis exceptos fuiſſe Scholaſticos, id quod teſtes propoſitis aliquot actibus & exemplis ſatis patenter oſtendunt: ex quibus longa obſervantia roboratis reſpectu Scholaſtriæ probatur exemptio Aymo conſil. 101. num. 3. & conſil. 201. num. 11. & conſil. 274. nu. 7. Silvanus conſil. 63. nu. 18. & conſil. 67. nu. 17. & conſil. 98. nu. 18. Menochius conſil. 37. nu. 97. Riminal. Iunior conſil. 102. nu. 5. & ſeq. Gabriel conſil. 89. n. 17. & 18. lib. 1. Bartholomæus Socinus conſil. 145. nu. 2. lib. 1.

Stantibus itaque Apoſtolicis privilegijs (quorum tenore inſpecto ſub die 27. Iunii 1582. fuit conſuſum pro manutentione ad favorem Scholaſtici) & conſtitutionibus Univerſitatis, & obſervantia per teſtes Remiſſoriales legitime probata, Domini à præfata deciſione ſub die 13. Decemb. 1582. recedentes Scholaſticum, etiam reſpectu dignitatis Scholaſtriæ in Eccleſia Salamantina exiſtente, à iuriſdictione Reverendiſſimi Episcopi Salamantin. pro tempore præſidentis exemptum cenſuerunt, ac minime mutanda, quæ eandem interpretationem ſemper habuerunt l. minime ff. de leg.

Franciſcus Penia Rota Auditor.

Doy licencia para que ſe imprimã eſta deciſion. y ſentencia de la Rota de ſã Santidad a 28. de Setiembre 1591. En Salamanca.

Gasca Salazar Scholaſticus.

Ad hoc quod dicitur ad eam dignitatem in praesentia Ecclesia consistens in hoc quod
est per litteras in primis in Epistola Clementis VII. in qua dicitur
Epistola Salustiana.

Ad hoc quod dicitur ad eam dignitatem in praesentia Ecclesia consistens in hoc quod
est per litteras in primis in Epistola Clementis VII. in qua dicitur
Epistola Salustiana.

Ad hoc quod dicitur ad eam dignitatem in praesentia Ecclesia consistens in hoc quod
est per litteras in primis in Epistola Clementis VII. in qua dicitur
Epistola Salustiana.

Ad hoc quod dicitur ad eam dignitatem in praesentia Ecclesia consistens in hoc quod
est per litteras in primis in Epistola Clementis VII. in qua dicitur
Epistola Salustiana.

Ad hoc quod dicitur ad eam dignitatem in praesentia Ecclesia consistens in hoc quod
est per litteras in primis in Epistola Clementis VII. in qua dicitur
Epistola Salustiana.

Franciscus Petrus Rota Auditor

Doy licencia para que se impriman las decision y sentencias de la Rota de
Sancti de 28 de Septiembre 1901. Es Salamanca.

de las sales y sublecciones.